

**ULPIANI LIBER SINGULARIS  
REGULARUM PAULI LIBRI QUINQUE  
SENTENTIARUM. FRAGMENTA  
MINORA SAECULORUM P. CHR. N.  
SECUNDI ET TERTII**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649522156

Ulpiani Liber Singularis Regularum Pauli Libri Quinque Sententiarum. Fragmenta Minora  
Saeculorum P. Chr. N. Secundi et Tertii by Domitius Ulpianus & Paulus Krueger & Julius  
Paulus

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.  
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

[www.triestepublishing.com](http://www.triestepublishing.com)

**DOMITIUS ULPIANUS & PAULUS KRUEGER & JULIUS PAULUS**

**ULPIANI LIBER SINGULARIS  
REGULARUM PAULI LIBRI QUINQUE  
SENTENTIARUM. FRAGMENTA  
MINORA SAECOLORUM P. CHR. N.  
SECUNDI ET TERTII**





VLPIANI LIBER SINGVLARIS REGVLARVM

PAVLI LIBRI QVINQVE SENTENTIARVM

FRAGMENTA MINORA  
SAECVLORVM P. CHR. N. SECUNDI ET TERTII

EDIDIT.

PAVLVS KRVEGER

---

BEROLINI  
APVD WEIDMANNOS  
MDCCCLXXVIII  
475

ANE. LV

"A SMALL TOWN."

1034  
SCG  
12  
878

Iuris Anteiusinianii sylloga quam hic tomus complectitur continuari uolui Gaiyanarum Institutionum editionem anno proximo a Guilelmo Studemund mecum curatam: absoluetur autem tota collectio librorum iuris Anteiusinianii tertio qui quam proxime fieri poterit edetur tomo, quo Vaticana fragmenta et Collatio a Theodoro Mommsen recensita, Consultatio et Codicum Gregoriani et Hermogeniani reliquiae et Appendices Legis Romanae Wisigothorum a me recognitae continebuntur.

De condicione fragmentorum quae hoc tomo exhibentur cum exposuerimus in praefationibus uel adnotationibus quae singulis praemissae uel adnexae sunt, hoc loco pauca in universum praemonendae sunt.

Hanc collectionem quamquam scholarum usui destinauimus, tamen plena supellectile critica instruximus neque delectu uariarum lectionum contenti fuimus nisi in fragmentis ex aliis libris petitis, quorum criticæ editiones uel extant, uelut Digestorum Iustinianerum, uel in tertio tomo exhibebuntur. ceterum tam ex his collectionibus quam ex Iustiniana compilatione excerpta iuris antiqui in hoc secundo tomo non repetiuimus nisi ad Pauli sententias et Vlpiani librum regularum redintegrando, ut omnibus horum operum, quae et ipsa seorsim tradita sunt, fragmentis compositis genuina eorum forma aliquo modo recuperaretur.

In contextu editionis inclinati litteris ea expressa sunt, in quibus uel a tradita lectione recessendum erat uel lectio ipsa propter mutilam contextus condicionem supplandi officium postulabat, id est in eis opusculis, quae uno codice solo seruata sunt. atque quo facilius in his lectionis hiatus codicis condicio ex ipsa editione cognosceretur, singulorum codicis uersuum fines linea, paginarum fines lineis || non sequens atque in Gai editione indicauimus, et ubi hiatum satis

8443

8443

certa coniectura explere nobis non contigit, singulis litteris quae perierunt stellulas substituimus, maiores hiatus, qui quot litteris constiterint certo statui non potest, lineis expressimus. contra aliis stellulis, quae supra lineam quam dicunt collocata sunt, eas Pauli sententias quae in Legem Romanam Wisigothorum receptae non sunt, et ea Vlpiani regularum fragmenta, quae in epitoma Vaticana non extant, inclusimus, uelut in pagina 46 uersus 5 sqq.

In adnotacione critica codices ad textum constituendum adhibiti singulis litteris inclinati et post codicum lectiones collocatis indicati sunt: quae quid in quoque scriptore significant, in praefationibus unicuique opusculo praemissis explicatum est. ceterum nota C, si quod opus uno codice solo traditum est, ad hunc significandum usi sumus, uelut in Vlpiani regulis et in fragmentis de iure fisci. litterulis <sup>a</sup> <sup>b</sup> codicum notis postpositis distinguuntur codicis scripturae primitiva (u. g. C<sup>a</sup>) et emendata (C<sup>b</sup>). silentio praetermissimus eas codicum lectiones, quae uel in orthographicis uel in uerborum diuisione a nostro contextu recedunt: ac ne in discrepantibus quidem lectionibus exscribendis eam uerborum diuisionem quae librii placuit mutare dubitauimus, sicuti hoc modo facilius demonstrari posse videbatur, quibus uerbis uel litteris discrepantia efficeretur.

Praeterea passim his scripturae compendiis usi sumus:

- Cod. = Codex Iustinianus
- Coll. = Collatio legum Mosaicarum et Romanarum. Coll.<sup>P</sup> est eiusdem codex Berolinensis, olim Pithœi, Coll.<sup>V</sup> codex Vindobonensis, Coll.<sup>V</sup> codex Vercellensis
- Cons. = Consultatio ueleris iureconsulti
- Dig. = Digesta Iustiniani
- F = Digestorum codex Florentinus
- Gai. = Gai Institutiones
- Paul. = Pauli sententiae
- Vat. = Vaticana fragmenta
- Vlp. = Vlpiani liber singularis regularum

In hoc tomo perficiendo diligentissimam opem, ut solet amicis, mihi tulit Guilelmus Studemund.

Regimonti die x m. Iulii 1878

Paulus Krueger

**VLPLANI**  
**LIBER SINGVLARIS REGVLARVM**



## PRAEFATIO EDITORIS

Anno 1549 Iohannes Tilius *titulos ex corpore Vlpiani* uno codice solo usus Parisiis edidit. qui codex postquam a. 1576 a Cuiacio Parisiis denovo examinatus est, eius memoria periit, donec F. C. de Savigny cum in bibliotheca Vaticana inuestigauit<sup>1)</sup>. atque leguntur in codice Vaticano reg. 1428, qui saeculo X in Gallia exaratus est, *tituli ex corpore Vlpiani Legi Romanae Wisigothorum adiecti. apographum codicis Vaticani ab Henrico Brunn fideliter confectum typis mandauit Eduardus Boecking*<sup>2)</sup>.

Pertinere hos titulos ad Vlpiani librum singularem regularum ex Collatione 6, 2 (= Vlp. 5, 6. 7) et Digestis Iustinianis 22, 5, 17 (= Vlp. 20, 6) constat. presso autem secutum esse Vlpianum in libro singulari regularum componendo Gaiyanarum Institutionum ordinem docet materiae ab Vlpiano tractatae dispositio, nisi quod pauca iuris capita a Gaio praetermissa diuersis locis inseruit<sup>3)</sup>. quae cum ita sint, ex Gaiana dispositione certa coniectura colligit regularum Vlpianarum non solum initium periisse, sed ea quoque omnia desiderari, de quibus Gaius inde a 3, 53 egit: eamque coniectaram insuper confirmant fragmenta Vlpiana in Vaticano codice omissa et e Collatione Digestis ad finem nostrae editionis restituta, quae Gaiannis 3, 224. 225.

<sup>1)</sup> Codicem Vaticanum tundem esse aique illum quo Tilius est contra C. E. Heimbachii dubitationes optime defendit Ioh. Vahlen in praefatione, quam editioni ab ipso Bonnae 1838 curatae praemisit, p. X sqq.

<sup>2)</sup> Vlpiani liber sing. regularum. Codicis Vaticani exemplum cur. Ed. Boecking. Lipsiae 1855.

<sup>3)</sup> Cf. tabula a Boeckingio quartae Vlpiani editioni (1855) adiecta (p. 194 sqq.).